

nem coacervata. Rhodii spe omni desituti, Philippo Villapivum. Custodes ad recipiendum equitum totam portam aperuerunt. Milites cum equitibus irruentes, custodes trucidaverunt; reliquamque manum recipientes, urbe potiti sunt. Itaque si quid ludendum est secundo equi expugnatione captum est. *Polyæn. lib. 3. Consimili dolo Annibal Tarentum cepit, cum civis quidam noctu venationis specie egredere- tur, & ingrederetur.*

EPAMINONDAS Thebanus in Arcadia, die festo effusus extra moenia vagantibus hostium feminis, plerisque ex militibus suis muliebri ornatu immiscuit, Qua simulatione illi intra portas sub noctem recepti, ceperunt oppidum, & aperuerunt. *Front. lib. 3. cap. 2.* Eiusdem uxorem amat Phœbidas, custodiens Cadmeam arcem Thebanam. Illa marito rem aperuit. Epaminondas ei mandavit, ut erga Phœbidas amorem simularet, & noctem constitueret, quasi etiam amicis ejus alias feminas adductura. Quibus confutis, illa venerunt, & usque ad ebrietatem cum Phœbide, & ejus amicis biberunt: petentesque copiam exundi paulisper ad sacrificium quoddam nocturnum, statim se reversuras pollicite sunt. Illi permiserunt, mandantes portitoribus, ut iterum eas intromitterent. Expectabant apud portas juvenes imberbes: isque mulierum vestibus permutatis, & unam ex eis affumentes interioris via ducem, & quæ pauca cum portitoribus loqueretur, ingressi tum Phœbidas ipsum, tum omnes, qui circum eum erant, interfecerunt, Cadmeam occuparunt, & ad cervicibus patriæ, tyrannidis Lacedæmoniorum jugum excusserunt. *Polyænus libro 2.*

PER PORTAS INTRANDO.

MOYSES, divino responso à Pharaone adversis Æthiopes creatus Ægyptii exercitus dux, urbem Sabam, quam postea Cambyfes à fore Merocem appellavit, obfidere cepit. Cum autem oppugnationi difficultas ingens inesset, Tharbis Æthiopsis regis filia, veluti alia Nyssi Scylla, à muris Moysen adhuc in juvenete flore pubescentem conspicata, adeo ejus amore incaluit, ut per secreta nuncios polliceretur, se urbem daturam, si se uxorem duxisset, neque ultra Æthiopen aliquem occideret. A sensus Moyses, aque urbem ingressus, in Æthiopes magna peracta eade Tharbis postea in matrimonium duxit: neque post desponsationem factam ultra quenquam occidit: tempus, quo cædes præfignebatur, arbitrato suo interpretatus. *30. 1. ph. lib. 2. Aniq.*

DIATAS Achivorum dux, cum Heraenium urbem aperta vi capere non posset, occulte cepit, quibusdam Heraenium grandi pecunia corruptis: qui sæpe venientes ad portas, cum his, quibus portarum claves erant commissa, sermones conferebant, atque convivia agitant, clam expresserunt claves, & effugium Diatas miserunt. Qui similes, & æquales claves publicis comparans, misit ad eos, ut noctem constituerent qua portas aperire vellent. Diatas cum paucis militibus intravit, clavium stratagemate patefaciens ipsis introitum. Ingressus verò, usus est alio. Postquam enim Heraenes re intellecta profugerunt magno numero, locorum urbis periti: metuens eos Diatas, tubicines in multis urbis partibus iussit distantes classicum canere. Heraenes ex omnibus locis multas tubas audientes, cum circumsonarentur, omnia plena hostibus existimantes, urbem deseruerunt. Et interdiu legationem ad Diatam miserunt, supplicantes, ut sibi patriam recipere liceret, se in posterum Achivorum imperata facturos. *Polyænus lib. 2.*

ALEXANDER Lysimachi, & Mecriæ filius, volens clam iis, qui sequebantur, in Cotilium Phrygiæ castellum pervenire, noctu exercitum in cavum locum juxta civitatem abdidit. Ipse verò prima luce diploidem Phrygiam asperam, forsidamque indutus, pilco capiti imposuit, duobusque pueris adiungens, utrique lignorum onus imposuit, ensisque sub axillam dedit. Introivit per portam, agressi, & rustica specie deceptis hostibus. Ingressus pileum deposuit, cognoscendumque se præbens, omnium dextras prehenbat, quasi ad salutem civitatis vindicandam advenisset. Occulati verò, quemadmodum constitutum erat, apertis portis irruentes, Cotilium occuparunt. *Polyænus lib. 6.*

CHARIDEMUS, Iliensibus urbem ejus deprædantibus, servum Iliensem progressum ad prædam comprehendit, eumque, magnis propositis muneribus, ad prodendam urbem adducit. Verum quò majorem ei fidem haberent portarum custodes, multas oves, mancipiaque bis, terve dedit, ut adduceret. Custodes verò partientes hæc, sæpius illi per noctem exundi potestatem fecerunt: cumque eo homines complures, qui prædam agerent. Charidemus socios ejus comprehensos in vincula conjecit. Horum autem vestibus quosdam ex fuorum numero armatos induit, de-

ditque eis tum aliam prædam, tum equitatum quasi captivum. Custodes ad recipiendum equitum totam portam aperuerunt. Milites cum equitibus irruentes, custodes trucidaverunt; reliquamque manum recipientes, urbe potiti sunt. Itaque si quid ludendum est secundo equi expugnatione captum est. *Polyæn. lib. 3. Consimili dolo Annibal Tarentum cepit, cum civis quidam noctu venationis specie egredere- tur, & ingrederetur.*

EPAMINONDAS Thebanus in Arcadia, die festo effusus extra moenia vagantibus hostium feminis, plerisque ex militibus suis muliebri ornatu immiscuit, Qua simulatione illi intra portas sub noctem recepti, ceperunt oppidum, & aperuerunt. *Front. lib. 3. cap. 2.*

Eiusdem uxorem amat Phœbidas, custodiens Cadmeam arcem Thebanam. Illa marito rem aperuit. Epaminondas ei mandavit, ut erga Phœbidas amorem simularet, & noctem constitueret, quasi etiam amicis ejus alias feminas adductura. Quibus confutis, illa venerunt, & usque ad ebrietatem cum Phœbide, & ejus amicis biberunt: petentesque copiam exundi paulisper ad sacrificium quoddam nocturnum, statim se reversuras pollicite sunt. Illi permiserunt, mandantes portitoribus, ut iterum eas intromitterent. Expectabant apud portas juvenes imberbes: isque mulierum vestibus permutatis, & unam ex eis affumentes interioris via ducem, & quæ pauca cum portitoribus loqueretur, ingressi tum Phœbidas ipsum, tum omnes, qui circum eum erant, interfecerunt, Cadmeam occuparunt, & ad cervicibus patriæ, tyrannidis Lacedæmoniorum jugum excusserunt. *Polyænus libro 2.*

NICON pirata, à Pheris Peloponnesii frequenter eruptione facta, multis injuriis Mestienis afflixit. Eum Agemachus Mestienorum dux per insidias captum, produxit in concionem Mestienorum, ut supplicium de ipso sumeretur. At ille promisit, se traditurum esse Pheras, si se incolumem, ac saluum relinquerent. Morem gerentibus Mestienis, noctem expectem lune observans, iussit multitudinem parvo intervallo sequi: paucos vero secum ire, & ingentia stipularum onera portare. Accedens autem ad murum secunda vigilia vocavit custodes, prodito signo. Quibus tum vocem ejus, tum signum agnoscens, & portas aperientibus, qui portabant onera, his abjectis, & evaginatis ensibus, portarum vigiles trucidarunt. *Polyænus lib. 2.*

ARISTIPPUS Lacedæmonius, festo die Tegeatarum, quo omnis multitudo ad celebrandum Minervæ sacrum urbe egressa erat, jumenta, faccis frumentariis palea referatis onusta, Tegeam misit, agentibus ac militibus: qui negotiatorum specie inobservati, portas aperuerunt suis. *Front. lib. 3. capite 2.*

HANNIBAL apud Tarentum, quæ à præsidio Romano duce Livio tenebatur, Eonem quendam Tarentinum, quem ad prodicionem sollicitaverat, ejusmodi fallacia instruxit, ut ille per causam venandi noctu egredere, quasi id per hostem interdiu non liceret. Egresso ipsi aptos subministrabat, quos ille tanquam ex captura Livio offerret. Idque cum sæpiù factum esset, & ideo minus observaretur, quodam nocte Hannibal venatorum habitu Pænos comitibus ejus immiscuit. Qui cum onusti venatione, quam ferebant, recepti essent à custodibus, protinus eos adorti occiderunt. Tunc fracta porta admittit cum exercitu Hannibal, omnes Romanos interfecit, exceptis his, qui in arcem perferunt. *Romanus lib. 3. capite 2.*

ALARICUS Gothorum rex cum Honorio Imperatore pacem fecerat, ea conditione, ut socius Honorio esset, & in Gallia sedes sibi suisque locaret. Interæ Sarus, Alarici propter Ataulfum hostis, captata occasione Honorio sese adiunxit, & Gothos improvise aggressus est. Eæ peridia Alaricus accensus, dissimulata iracundia, Romam eadem via regressus, se in Galliam ex federe proficisci velle ostendit, ac tanquam amicus trecentos robustissimos Gothicos juvenes Romanis principibus dono dedit, diligenter, quid ipsos agere in tempore vellet, edocuit. Hi in urbem accepti, humile omne, ac promptum dominis obsequium obtulerunt: inde certa, quæ constituta fuit, nocte, dum Romani fomno mersi languerent, ad portam Asinariam alacres protolarunt, oppressisque repente impetu stationibus, portam Alarico patefecerunt: qui ad urbem, alia atque alia sibi ad iter deesse quotidie causans, prædictam occasionem attento animo expectabat. Ita Kal. Aprilis anno 410. cum toto exercitu urbem ingressus est. *Sigon. 10. Imp. occid.*

TOTLAS, Gothorum rex, Romam obfidens, à quatuor Mauris

MAURIS militibus invitatus, primis tenebris universo exercitu armato ad portam Asinariam prodiit: & quatenos Gothos prævalidos viros, Mauris ducibus, per funem in muros iussit ascendere. Hi, cum eadem nocte, quæ Mauris ipsis custodia obvenerat, evassissent, dormitantibus cæteris, ad fores Asinarias aperendas descenderunt, & ferris clausuris refractis, aditum patefecerunt, & patentibus portis Totilam cum universo exercitu in urbem receperunt, eodie, qui 16. Kal. Februarii fuit, anno 546. ut Marcellinus adjevit. *Sigonius lib. 19. Imperator. occid.*

SUB CAROLO VII. Franciæ Angli Carnatas arte receperunt: nocte propè urbem abditis opportuno loco militibus, præmissisque sub lucem agitatore cum curru, qui tanquam in macellum pisces importans, cum in porta per speciem promendi, domandique custodi pisces, consisteret: antequam cataracta demitti posset, advolare infidiatores, occupataque porta, majoribusque mox ex composito sub signis accurrentibus copiis urbe potiti sunt. *Æmil. lib. 10.*

ARX Edimburgensis hujusmodi stratagemate à Gulielmo Douglas Davidis Scotorum regis dux capta est. Vvalterum Turris, virum opulentum, admodum sibi devotum Douglas habebat. In navis sua in Forthiam proficiscitur, fingens mercatore se, vineam à Gallis adferre (& ex composito dola quadam secum attulerat) ac postmodum de promissis aliquot lagenas ad arcem Edimburgensem pergit, œconomum prodire jubet, venienti lagenas dat, vinumque gustandum. Cum non parum placuisset, postero die dubia etiamnum luce vala duo carpento adferuntur: portæ aperitur. In medio portarum, per fraudem soluto aqæ carpentum concidit, ac mox Douglas (qui haud procul jam inde à conticinio eum expedita militum manu illic confederat) supervenientibus, arcem occupavit, cæsisque Angli, Eduardo Baliolo regni æmulo ejecto, regnum Davidi restitutum fuit. *H. Boet. lib. 15.*

HENRICUS, Magdeburgensis Archiepiscopus, plaustris impositos armatos, quasi fruges veherentur, circa latera, agnis & anseribus appensis, velavit, & in oppidum Schonenbecke, cui erat justis de causis infestus, convehi curavit. In media porta rota ab aqæ soluta, ruit plaustrum, exillunt armati, occupatur oppidum, & diripitur. *Crantzius libro 8. Mecropolis, capite 13.*

SCAMPETTA Ordælaphus Foroliviensis, captus à Roberto rege in Castriacari aqæ custodiendibus, cum Forulivii quoque urbem idem rex obtineret. Cichus Scampette fratris captivitate dolens, ut cum liberaret, vase vinario latens curru in urbem, bubulco rem ignorante, deductus est, amicumque ope aditus, per hunc modum urbe potitus, magno auri pondere fratrem redemit, atque ei statim urbis principatum restituit. *Engl. lib. 5. cap. 5.*

ANDREAS GRITTIUS occupandi Patavii anno 1509. consilio capto, cum exercitu propè oppidum ante lucem subfuit. Interim carri aliquot frumento impositos, quos legatus ad it præparaverat, cum bubulcis ante portam se contulerunt, atque, ut sibi aperiretur, paulisper expectaverunt. Apertis portis, quæ ad priorem Medoaci luminis alveum sunt, quomodo alveo nave permeabant, ac demisso ponte, & carris in transitu commorantibus: legati pedes levissimi adveniunt, portamque capiunt, pauloque post legatus cum reliquo agmine in oppidum irrumpit: profectusque ad interiore oppidi portam, quam murus item alter postremo longe altior, atque solidior, una cum altero Medoaci alveo tanquam circumcircunductus urbem reliquam tuebatur: ea refracta ad forum omnes magno, cum clamore, ac tubarum fono rectè contendunt. Quibus obviam progressa gens Parmensis (id erat fraterum illorum, ac Centurionis familia nomen, quæ se ad hoc ea nocte comparaverat) armata, cum legato lata, atque hilaris se conjunxit. Ita parvo temporis spatio Patavium recipitur eo ipso die, quo primo de Carrenfice captum fuerat, cum binos, & quadragenos dies in Maximilianæ Imperatoris partibus fuisset. *Bembus lib. 8. Hist. Ven.*

CÆSAR MAXIUS Neapolitanus, Taurinum belli arcem Gallis eripere cupiens, & Carolo V. Cæsari tradere: quatuor agrestes caros, per quos venale stenum in urbes convehitur, adeo folenti ingenio concameratos fabricarat, ut cum exterius violenti feni speciem præberent, interiori feni loricati milites conderentur. Qui demum ingressis portam carris in medio aditu laxatis machina tubulis repente profuerunt, haustisque hostium correptis, quæ ad parietem *L. E. Theatr. vitæ Hum. Tom. VI.*

per rastella dispositæ ad manum essent, custodes confoederent, & tamdiu angusto in aditu, cartisque occupato locum tenerentur, donec instituta ad succurrendam unâ altera aliorum, atque pernicium sociorum manus adcurrerent. Cum primus carrus ab ignis ardore bubuleis, felicitate esset introductus, erumpentibusque armatis insidia naderent, cataracta à fabro ferrario, qui fortè aderat, opportunè dimissa subqueque exclusit. Ita primi furta socios expectantes, à Vasconibus fuit interempti. *Sabellici supplem. lib. 25. ex 7010.*

ERAT in Benedicli Pisauri classis Venetæ contra Bajazetem Imperatoris trireme, miles signifer Demetrius quidam Methonenis. Is amicum Epirotamitem militem in Pyli præsidio cum haberet, ad eum bis, terve amicitie nomine ubi venit, hominem spe, pollicitationibusque impulsit, sibi ut socius magni facinoris vellet esse. Re constituta ad Pisaurum revertitur. Pisaurus ei milites quinquaginta ex omni classe deligendi potestatem facit: eos ei milites attribuit. Ille cum his trireme impositus Pylon noctu proficiscitur: expositusque elatus in Epirotæ domum oppidi muro vicinam fese, atque militem occultum, quoad die illucescere portæ oppidi aperiretur. Apertis portis Demetrius cum suis oppidum in irrumpt, & Turcas, qui in oppidi erant præsidio, imparatos obrucunt civeiter quinquaginta, paucis clapsis, qui se muro deiecerunt. *Bembus lib. 5. Hist. Ven.*

ANNO 1388. Angli cum Gallis in Arvernia bello gerentes, & cum expeditis equitibus noctu Monferandum accedunt, & quia oppidum à præsidio vacuum esse sciebant, nihil cunctati, propè portas consistunt. Hic oppidanum quendam casu eo noctis tempore domum redeuntem capiunt, quem ad unam portarum accedere cogunt, admonentque, ut custodes excitet, illisque dicat, scisse esse aliquot mercatores, cosque cum oneratis jumentis ad nundinas venire, quæ illic brevi futura erant, & propterea roget, ut ex itinere sellis aperiant portas, quò in diversorium se recipere possint. Oppidanus, cum Angli mortem intendant, uti doctus erat, custodes excitavit. Sic Angli oppidum ingressi diripuerunt. *Polyd. lib. 20.*

ERAT sub Mathia Dembio ex rusticis Lotisnibus fabrilis artis peritus quidam, qui forem Vendæ in Moscorum potestate habebat, per cujus visendæ speciem, & rusticorum commerciorum libertatem, cum sæpius Vendam venisset, opportunitatem nactus, ceram clavibus impresserat, adque ejus exemplum alias paraverat. Is rem ita instruatam ad Dembinium detulit. Cùmque is die confisito, quem fessum Moscum agebant, sub oppidi portis, cum Joanne Buringio, ac tumultuaria militum manu accessisset, ab una parte scalas Buringio admovente, ac à Lotisnibus ipsis, qui Vendæ erant, concursu facto, reliquos portis reclusis in oppidum immisit. *Reinold. Heindenstemus lib. 1. belli Moscovit.*

PER ALVEOS DERIVATOS, EXSICCATOS.

NABUCHODONOSOR cum oppugnaret Tyrum, & Arietes, machinas, vineasque, eò quòd cinctæ esset maris, muris non posset adungere, infinitam exercitus multitudinem iussit laxa, & aggeres comportare, & expleto medio mari, immo fessio angustissimo, vicinum litus insula fecit continuum. Tyrii quicquid pretiosum in auro, argento, vestibusque, & varia suppellectili habuere, impositum navibus ad insulas apportaverunt, ita ut capta urbe, nihil dignum labore suo inveniret Nabuchodonosor. *Hieron. lib. 6. in Ezechiel. cap. 29.*

ALEXANDER apud Babylonem, quæ media flumine Euphrate dividebatur, fossam pariter, & aggerem instituit, ut ire usum ejus æstimarent hostes egeri terram. Atque ita subito flumine averso, per alveum veterem (qui siccatu ingressum præbebat) urbem intravit. *Front. lib. 3. cap. 7. Semiramis ad versis eodem Babylonios eodem Euphrate averfo, idem fecisse dicitur. Front. lib. 3. c. 7. Similiter Cyrus eandem urbem cepit. Herod. lib. 1. Polyæn. lib. 7.*

P. SCIPIO Carthaginem novam in Hispania, urbem munitissimam oppugnaturus, contemptum habebat flagnum, quod haud procul abest à Carthagine menibus, silu maritimo decretere, & vado ea parte transiri posse, unde ad murum facilior esset accessus. Tali occasione, qua nulla major ad capiendam Carthaginem dari poterat, utendum ratus, cum tempus commodum visum est, expediti acies, & distributis copiis urbem vehementius, quam unquam antea, oppugnari jubet. Ipse interim fortissimorum virorum manum deligit, qui- *Vuu 4 bus*

bus imperat, ut superato stagno, in murum ab ea parte, quae minime suspecta erat, evadant. At hi, quibus negotium datum est, prosperè trajecto stagno, cum ex alia parte urbs acerrimè oppugnaretur, locum, quem petebant, neglectum inveniunt, celeriterque scandentes murum hostes à tergo adoriuntur. Oppidani, & externi praesidii milites, quibus tantum repentinè periculi praeter opinionem acciderat, exemplo moenia deserunt, accipitque paventes malo se in fugam coniciunt. Instant regis Romani, subitoque urbem capiunt, diripiuntque: ubi ingens praeda, & omnium rerum, quae ad bellum usui erant, summa est facultas inventa. Sic ergo Scipio secutus Deum, ut dicebat, urbe potitus est. *Audior vita Scipionis, Frontinus lib. 3. cap. 9.*

Cum mortuo Honorio occidentis Imperatore Joannes Amanuensium Imperatorum praefectus, dignitatis insolentia per legatos à Theodosio peteret, ut in Imperii consortium reciperetur: Theodosius Arcadii F. Ardeburium ducem in Occidentem ad reprimendam insolentiam Joannis misit. Qui cum infelici navigatione in manus tyranni venisset: Theodosius ad orationem confugiens, miraculosam ejus à Deo liberationem ejusmodi impetravit, ut deductus ab Angelo in pastoris specie B Aspar Ardeburii captivi F. cum exercitus parte per stagnum Ravennae adiacens, in qua civitate Joannes agens, ducem capium tenebat, in vivum plane, & à nemine unquam transitu superatum, tyrannum vicerit, & patrem liberaverit. *Socrates lib. 3. c. 23. Paul. Diacon. lib. 14.*

FROTHO Danorum rex, victis Rutenis, ob legatos in Rusciam exigendi tributi causa incolarum perfidia casus, urbem Rotamarcha obsidione premebat. Caterum ne fluvii interstitio prohibente tardius potiretur, universam aquae molem novarivorum diversitate partitus, ex ignota profunditatis alveo meabilla vada perrexit: & exercitum in nudatam aequo propugnaculo urbem introduxit. *Strabo lib. 2.*

PER AQUEDUCTUS,

RIMAS, CLOACAS.

THEODORUS custodiens Sestum, amicus Cleonis, rem cum quadam muliere habens in suburbio, aquaeductu per muros angusto penetrante, lapidem unum evellens, sub noctem exibat, & intrans lapidem reponere, idque clam. Quam rem C Cleoni fassus est per jocum. At ille enuncians Abydenis arcannum, noctemque expertem luna observans, per aquaeductum, cum lapidem Theodorus revellisset, & adulterio districtus esset, milites clam introduxit: qui custodibus interfectis, & portis intus referatis, omnes copias acceperunt, atque Sestum facile obtinuerunt. *Polyaenus lib. 2.*

JUSTINIANUS II. ope Trebellii Burgundionum regis Constantiopolim per aquaeductum noctu ingressus cepit.

ODESILLUS à Gundebaldo Burgundionum rege fratre Viennae obsessus, ne comestus deficeret, quoad Clodoveus rex perspecta Gundebaldi perfidia, occurrere posset, inermem turbam ex urbe eiicit: in qua erat aquaeductus curator, qui se per isam ad Gundebaldum in castra contulit, pollicens se furto Viennam in ejus potestatem redacturum. Fides ei habita est à cupidissimo vel cum periculo confectum debellandi rege. Erant in editore urbis parte, quorum nunc quoque vestigia extant, spiracula, speculque abditi, ac immisistaria: quibus ex longinquis fontibus aqua operibus derivata, intra moenia recipi solita fuerat, haecque tunc suis obicibus clausa, obstructaque, ac D impervia visa, nisi ars, ac indignatio, ingeniumque omnia domans pervaderet. Aquaeductus curator à Gundebaldo delectissimos Burgundionum accepit, eosque, silentio noctis occultum iter ingressus, parvo molimine amotus quae intersephebant, in urbem duxit: hique refractis portis, quae proxima erat, foribus, reliquis copias jam preparatas receperit. Odesillus, cum in extrema spe tutelam templi confugisset, ipse cum Episcopo qccisus est. *Amil. lib. 1.*

BEISARITUS Neapolim Gothorum firmatam praesidio obsidebat, & nulla expugnandi spe relicta abire parabat. Tum Ifauricus quidam miles, dum intelligeret ducem desperata urbis expugnatione obsidione solvere velle: decrevit ante discessum considerare, qua arte aquaeductus ille, quem antea Belisarius obsessis interceperat, aquam civitati subministraret, forsitan, ut ad suos reverfus, similem aquaeductus commoditate aliquando demonstraret. Proinde aquaeductum jam ob aquae derivationem aerefactum ingressus, utque ad moenia urbis penetravit. Erat autem in ea parte, qua moenibus inferrebat, petra quadam, non arte, sed

natura posita, per cuius foramen aqua in urbem influere consueverat. Hoc foramen prudens miles contemplantur, E intellexit, si petra illa magis aperiretur, aditum in urbem haud difficulter accommodaturam. Haec cum Belisarius intellexisset, curavit petram illum confectum latius aperiri, idque adeo occulte, ne quicumque hostium audiret. Quo facto, quadringentos ex omni exercitu delegit, qui saxum aquaeductum in urbem noctu ingrediuntur, clamque ad eam muri partem, quae aquaeductui supereminerebat, scalas admovi fecit. Ipse interea, cum reliquo exercitu diversa parte oppugnationem simulans: urbem, qua minime parte putabatur, cepit. *Procopius.*

SULAIMANES, Amuratis Turcarum Imp. frater, Hadriano-polim gravi premebat obsidione. Adolecens quidam clam egredi solebat urbe per rimam quandam occultam, & per eandem frumento onustus revertebatur. Observavit id Turcicus miles, locoque explorato, cum sociis in urbem penetravit. *Chalcocondylas lib. 6.*

ALFONSUS, Aragonum, & Siciliæ rex, Renatum Lotharingie ducem, regem Neapolitanum, acta obsidione Neapolim premebat, & fame passim in urbe laborabat. Anellus faber quidam ceneratorius, quem fames Neapolim exire compulerat, ad Alphonsum profectus, urbem parvo militum periculo capi posse demonstravit. Sic *Sylvius. Bra-cellus* vero tradit, mulierculam ex infima plebe Renatum adivisse, orantem ut sibi, parvulisque filiis fame percutibus succurreret: eam torvo ab rege vultu respulsum, ad Alphonsum misisse, qui indicarent, esse veterem aquaeductum, multorum seculorum vetustate adeo neglectum, ut cum eum supercretescens terra contexeret, non vivendum modo, sed avorum quodque memoriam effugeret: posse eum, si velit, hoc veluti coniculo in urbem penetrare. Est mulier juxta domum puteum, in quem is aquarum ductus exitum habeat. Polliceri, daturum se cum fide operam, ut quicumque ea intromissi milites fuerint, in sua domo sine periculo lateant. Alfonso oblata spe huad contemendam ratus, ubi monstrato loco, effosque altius humo, cryptam inspicit, paucis Centurionum rem aperit. Ita trecenti ferme milites (secundum *Sylvium* cc.) pramoniti ab rege quid fieri vellet, clam ad mulierem pervenerunt. *Sylvius* milites XL. tantum è puteo ascendisse, & in ea domo vetulam cum filia deprehendisse: filium à statione redeuntem, cum non possent comprehendere, desperatione adactos, quod deprehensi essent, eruptione facta turrim negligenter custoditam cepisse scribit. *Bracellus* G vero, Rex, inquit, orta luce, diversam urbis partem magno clamore aggreditur, ut conversis illuc omnium oculis, vacuum defensoribus regionem, latebris egressi, facilius eaperent. Oppugnatur interim accerrime urbs, haud aliter quam si subruendus murus, & per ruinas irruendum foret. Er jam extracta in aliquantum diei pagna, subindignari sibi Alfonso coepit, quod ignota mulierculæ nimis pueriliter fidem habuisset: quod rex jam multa expertus, femine dolis circumventus esset. Ferunt tanquam recepti cani juberet, disisse eum, Nolo ultra homines cædi: cum ecce in destinata parte murorum clamor tollitur, signaque Aragonia late fulgentia conspicuntur. Ita eò cunctis accurrentibus, revulsa porta, exercitus omnis in urbem irrupit. Hoc maxime modo capta Neapolis est, anno à nativitate Christi 1442. (at secundum *Sylvium* 1440.) octavo Idus Junii, postquam in eam Renatus pervenerat, anno quarto. Renatus, cum principibus Gallis in attem novam conspigit, inde Massiliam abiit. *Jacobus Bracellus lib. 5. belli Hisp.* Eodem planc modo, annis mille ante per Belisarium è Gothorum manibus crepta fuerat. *An. Sylvius cap. 65. Europa.*

PER MUROS. VEL CUSTODITOS.

Vide paulo ante, Muros deiciendo.

Sub Alexio Angelo, Joannes Mysia princeps, capta Constantia, insigni urbe Rhodopii territorii, Varnam moenibus dirutus sexto die Passionis dominice oppugnabat. Sed cum hi, qui urbem tenebant, plerique Latini generis summa ope resisterent: quadrilateram machinam fabricat, quae longitudine latitudini fossae, & altitudine fastigio moenium responderet, & ea rotis subjectis proximè fossam collocata, & deinde eversa, utrosque fines apprehendit: eademque machina, & ad explendam fossam, & ad confcendenda moenia pro scalis usus, Varna potius est. *Nicetas lib. 3.*

Rotis

Rotis urbes capiebant Tamberlanes Tartarorum dux. Haerant circuli, & intra scalas habebant, quibus ascendebatur in muros. Et quando in fossam dirigebantur, recipiebant viros ducentos separatim positos, donec singuli rotas intrarent. Postea ducentos in alteram, quæ ex adverso erat, fossam partem, satis muniti, & tecti à rotis. Quo cum venissent, scalas confcendebant, & eo modo capiebant urbes. Deinde reliqui, qui erant in castris, urbem vallo cingebant, aggeresque fundebant, qui facile murum superarent: ex quibus deinde muro facile potiebatur. Præterea fossore habuit circiter decem mille, qui suffossum murum sustentabant excelsis lignis, quæ deinde accendebant: quibus concrematis, muri, nemine impellente procidebant: per nudata inde muro loca milites rucebant in urbem. His tribus modis Tamberlanes in oppugnatione urbium utebatur. *Calcocondylas lib. 3.*

NEGLECTOS.

Vide supra, Stulta in adversum locum abstrazione.

PHILOCLEES Ptolemai dux ad Caunum posuit castra, & pecuniam annonæ praefectos corripuit, insidiasque paravit. Qui promulgant in urbe, & frumentum militibus daturus. Illi relicti murorum custodias, frumentum metiebantur. Interea Philocles nudatam praesidii urbem adortus, cepit. *Polyaenus lib. 3.*

HIPPARCHUS, cum in Leontinorum urbe degens, Syracusas audiret vacuum esse defensoribus, quod civis in locum quandam cum Calippo profecti ex urbe dicerentur: statuit ab Leontinis Syracusas versus exercitum ducere: noctu per portas aliquot civitatis mercenarios introduxit, & civitatem occupavit. *Polyaenus lib. 5.*

Q. FABRIVS MAXIMVS, Cunctatoris filius, apud Apos praesidio Hannibalis occupatos, considerato situ urbis, sexcentos milites obscura nocte misit, qui per munitam eoque minus frequentem oppidi partem scalis evertit in murum, portas revelarent. Hi adjuvi decidentium aquarum sono, qui operis strepitum obscurabat, iussa peragunt. Ipse dato signo ab alia parte aggressus, cepit Apos. *Front. lib. 3. cap. 9.*

M. MARCELLVS Syracusas oppugnans, cum ab Archimede machinis vinceretur: aggredi moenia non amplius audebat. Ad tempus autem oppugnationem omisit, & longè post Darnippum Spartiatum Syracusas enavigantem cepit, ab eoque cognovit, turrim quandam in muris esse, in qua negligenter custodie administrarentur: eam multos homines capere posse, murumque in ea parte non difficilem ascensum habere. Qua re cognita, scalas ad altitudinem ejus congruentes fabricavit: & Syracusas festum in honorem Dianæ obeuntibus, & vino indulgentibus, turrim occupavit, ac sub auroram hexapylis effugatis, urbe potitus est. *Polyaenus lib. 8. c. 19. in ejus vita.*

BAJAZETHES II. ad expugnandum Methonem profectus, exercitum in tres partes divisit, machinis aereis moenia diutius impetivit, propugnacula diruit, domosque quam plurimas in urbe mortarias (ut vocant) perforatas destruxit. Methonensibus igitur ferè extrema patientibus quatuor Venetæ triremes auxiliaris peditibus, atque aliis ad bellum necessariis rebus onustæ advennerunt. Quo cognito ii, qui in urbe erant, ob praesens auxilium læti, omnes ad portum concurrerunt, ac moenia, sine custodiis, & sine defensoribus reliquerunt. Quod ubi Jani-zites senserunt, per ipsa moenia in urbem ingressi, Venetos pedites admodum tradiderunt, atque ipsa demum urbe potiti sunt. Et hujusmodi quidem clades, quo die divi Laurentii festum celebramus, facta est, anno qui à Christo nato M. D. númeratur. Turcarum autem Imperator Methonensem Episcopum, aliofque complures coram se decollari præcepit. Mox inde profectus, & Juncum, & alia multa Peloponnesi loca obtinuit. *Jovius in vita Bajazethis II.*

PER PRÆCIPITIA.

HERODES Antipatri F. rex à Rom. Senatu declaratus, contra Antigonum Aristobuli F. regem pugnavit, simul etiam contra latrones in speluncis degentes duxit militem. Erant autem ha speluncae sitae in praruptis montibus, angustis tramitibus accessibiles, & acutis cinctæ rupibus. In harum cavernis illi cum totis habitabant familiis. Rex autem arcas in hunc usum compactas de vertice montis per machinas dimittebat catenis ferreis: eo quod nec infernè propter asperitatem montis ascendere daretur, nec supernè contra eos dererere. Haeræ

completæ erant militibus hastas falcatas gestantibus, ac attrahendos repugnantes, & deturbandos per praecipit. Haeræ tamen arcam demissis periculosa erat propter immensam altitudinem: & in speluncis non deerat victui necessaria. Ut verò demissa sunt arcæ ad curam ostium, & nemo praeter metu audebat progredi, quidam scutatus acinus gladio, manu utraque apprehensa catena, qua arca sustinebatur, demisit se intra fauces. Mox impatiens, illis exire cunctantibus, ad quandam cavernam accedens, primum jaculos multos intus confecit: deinde resisteret comatos falcata hasta attrahens multos, ac tum demum in arcam se recepit: cæteros vero ejulatum audientes pavor corripuit, & salutis desperatio. Eos autem conatus impeditiv nox interveniens, multique rege per praecionem pollicente veniam, deditionem fecerunt. Sequenti verò luce eodem usi sunt oppugnationis genere, magis etiam ex arcis exundo, & pugnando in foribus, & subiecto igne intra incendendo. Inerat enim intus multa materies. Senex autem quidam deprehensus intus cum uxore, ac septem filiis, rogatus ab eis, ut se fugere hostem permitteret, stans ante ostium, primum quemque exeuntem jugulabat, donec ad unum omnes confecit, & uxorem ultimam. Deinde praecipitatis cadaveribus, postremo seipsum superjecit, mortem servituti præferens. Primò tamen in obscuritatem Herodis multa eiecit convitia, licet rex è specula quadam dextram portingeret, & polliceretur veniam. Speluncæ igitur omnes hoc modo expugnatae sunt. *Josephus lib. 14. cap. 27.*

NINUS, rex Assyriorum, Bactriam Zoroastris regiam obsidebat, Menon Syria praefectus, regem sequens, protracta longius obsidione, Semiramidis uxoris defiderio flagrans, uxorem accersit. Quæ perspicax, magnique ultra multo brem flexum animi, tempus nata, quo virtutem ostenderet, viam multorum dierum ingreditur, induta ejusmodi formæ stola, ut virine, an mulier esset, nequiret perspicere. Tuebatur ea ab itineris aestu corporis colorem, agilis ad omne opus: Cujus tanta erat commoditas, ut postmodum Medis, cum Afiā imparenter, Persarum, stola Semiramidis uteretur. Cum venisset in Bactriam, perfecta obsidione, loco loci, ubi quæque sita, quæque adori possent, animadversis, arcam, qua loco natura munio, difficillique erat, & quem nullus ante ventum tulerat accessu, custodias vacuum complexit, intemctis omnibus, velati arce ab hoste G tuta, ut inferiori parte caestri subsidium ferrent. Sumptis igitur, qui per loca petrosa, abruptaque ascendere soliti erant, per aditum vallis praecipitem superata loca asperitate, partem arcis cepit: magnoque ad terrorem excitato tumultu, signum captae arcis obsidentibus dedit. Qui intra urbem erant, & arca missa stupefacti detelictis membris fuga salutem consuluerunt. *Diod. lib. 2. cap. 2.*

ALEXANDER Macedo in Sogdianorum regionem exercitum inferbat. Ea est universa aspera, & in via. In medio petra surgit, & in altum tendit, solis volucrum alis pervia. In ambitu sylvæ densa, crebraque inaccessos anfractus magis impenetrabiles reddebat. Petram Ariomazes cum magna, validaque Sogdianorum manu occupavit, intusque scaturientes aquae fontes habuit, & comestus non mediocrem copiam. Alexander obequitans, & naturam petrae, opportunitatemque perspicans, iussit trecentis delectis adolecentibus, quorum opera, atque ars in scandendis praecipitiis erat posita, ut inermes post petram per sylvam densam ascenderent, tenuibusque se funibus attraherent. Postquam verò juga superasset, albis cingulis, quæ habebant solutis, contos bene longos implerent, eosque supra sylvam extenderent, ut confertim splendida cingula frequenter quassata, à superioribus Barbaris, & ab inferioribus Macedonibus conficerentur. Praecipitiorum scanfores magno labore in jugis oriente sole cingula vibrabant. Macedones magnum, clamorque ex inferiore loco clamorem tollere. Ariomazes perterritus, quod omnem exercitum ascendere, & jam se in summitate captum existimaret, se & petram Alexandro tradidit, divinam ratum esse potentiam, atque fortunam. *Polyaenus lib. 4.*

Erant Corinthi fratres quatuor, origine Syri, quorum unus nomine Diocles in arce stadia faciens degabat. Tres alii intercepta regia pecunia Sicyonem sed ad argentarium contulerunt Ægiam, cujus opera utebatur in scripturas Atratus Sicyonius, qui patriam à tyrannide liberandi occasione quaerebat. Unus eorum Erginus factus Ægiæ familiaris, atque ab eo in sermone deductus de arce, narravit, dum ad fratrem ascendit, animadvertisse se obliquum incisum rupi undique absicte callem, qui ducebat ad certum locum, quod humillimus arcis murus indicatus esset. Cum deridens illum diceret Ægias: Et

Et vos, homo prælarè, ob modicum auri labefactis regia
 A negotia, cum unam horam valeatis ingenti pecunia vendere.
 Annon futibus item ut proditoribus deprehensis mors est
 femel propolita? Aridens Erginus in præsentia, tentat prius
 fratre Diocle, promittit Aratum se ad murum ducturum, quã
 fastidium ejus pedes quindecim non excederet, atque ad reli-
 qua operam cum Diocle præstiturum. Aratus igitur omnibus
 paratis, reliquis copias jussit in armis excurbare. Delectos qua-
 dringentos affluens, neque hos, paucis demptis, quid parare-
 tur, conficis, duxit ad arcem, eamque occupavit, & Macedo-
 nas ejecit. *Plut. in Arato, & Polyæn. lib. 6.*

C. MARIUS bello Jugurthino apud flumen Mulucha, cum
 oppugnaret castellum, in monte saxeo situm, quod una, &
 angusta femita adibat, cætera parte velut cum saltu præci-
 piti: nunciato per Ligurem quendam ex auxiliis gregalem mi-
 litem, qui fortè aequatum progressus, per saxa montis cochleas
 legens, ad summum pervenerat, eripi posse castellum: pau-
 cos centuriones, quibus perfectissimos cum velocissimis mi-
 litibus aeneatores immiscuerat, misit, capite, pedibusque nu-
 dis, ut prospectus, visusque per saxa facilior foret, scutis ar-
 mique à tergo aptatis. Hi Ligure duce, & telis, & clavis qui-
 bus in ascensu nitentur, aduti, cum ad posteriora, & ob id
 vacua defensoribus castelli pervenissent, concinere, & tumul-
 tuari, ut præceptum erat, cœperunt. Ad quod constitutum,
 Marius constantius adhortatus suos, accrius instare castellam
 cepit. Quos ab imbelli multitudine suorum revocatos, tan-
 quam capti à tergo essent, insecturus, castellum cepit. *Fronti-
 nus lib. 3. cap. 9.*

C. Jul. Cæsar Gergobiam oppugnabat, urbem & moenibus
 admodum firmam, & natura munissimam. Sita enim urbs
 erat in colle munissimo, verticem aequalem habente. Ad si-
 nitrum latus sylvæ humiles, atque densæ collem attingebant:
 ad dextram præceps erat, angustumque aditum habebat, quem
 Gergobienfes cum magna manu obsidebant. Cæsar promptis-
 simus, & tolerantissimos ex suis militibus armavit, eosque in
 sylvis occultari: mandans, ut brevè sacula, convenientesque
 gladios assumerent, ne per humiles sylvas adhærescerent: ipsi-
 que non erecto corpore gradenterent, & demissis poplitibus,
 sine tumultu pervaderent. Qui prima luce per nemus repen-
 tes, in collem à lava parte ascenderunt. Cæsar reliquis co-
 piis à dextro latere adducebat, & exercitum in ipsos barba-
 ros immittebat. Illi propulare palam aggredientes conaban-
 tur. Interim occulti è sylvis ascendentes colle potiti sunt. *Polyæn. lib. 8.*

PER CUNICULOS INTRANDO.

Eos, qui muros deliciunt, cuniculis actis, superius
 posuimus. Hic eos, qui citrà murorum incommodum sub muris
 in urbem intrant.

DARIUS Carthaginem oppugnabat. Carthaginenses muro-
 rum firmitudine, & ciborum apparatu freti, parum de oppu-
 gnatione solliciti erant. Darius exercitum quidem moenibus
 non admovit, sed reliquam omnem regionem populabat, &
 simulatque se majores copias auxiliares expectare, quietem
 agebat. Carthaginensibus moenia custodiendis, à colle, no-
 mine Aphasio, qui abest ab urbe decem stadiis, subterram
 meatum Persæ fodere cœperunt: cumque ad forum urbis opus
 produxissent, conjectura sumpta de radicibus olivarum, qua
 in foro nascantur, noctem expectantes, aperto meatu ascen-
 dunt in forum, & urbem sine prelio per vim ceperunt.
Carthaginensibus in muris excubias agentibus. Polyæn. lib. 7.

M. FURIVS CAMILLUS decimo obsidionis Vejorum anno
 Dictator dictus, ad obsidionem conversus Vejorum, cum dif-
 ficilem murorum oppugnationem cerneret, & arduam, cuni-
 culem legisset. Quod ubi ex voto successit, ut ad muros eliceret
 hostem, urbem propalam aggreditur. Alii per cæcos cunicu-
 los clam Junonis aedem, quæ in arce erat, multo omnium
 amplissimam ejus urbis, celebratissimamque occupant. Quo
 tempore ferunt, rege Hetruscorum sacrificante, aruspice
 extis intentum exclamasse, qui hostie ejus exta profecisset,
 et victoriam deos spondere: camque vocem: qui in cuniculo
 erant, Romanos excepisse, ac proruto pavimento, cum clamo-
 re, ac crepitu armorum prolapsisse, hostibusque expave-
 scentibus, ac fugientibus corripuisse exta, & Camillo obtulisse.
Plutarch. in Them.

TAMBERLANES, Scytharum Imperator, 10. millia fossorum
 per cuniculos habuit. *Cybelecondylas.*

DEOS EVOCANDO.

Romani cum obsiderent urbem hostium, eamque jam capi
 posse confiderent: certo carmine evocabant tutelares deos:
 quod aut aliter urbem capi posse non crederent; aut etiam si
 posset, nefas existimarent deos habere captivos: Nam pro-
 preterâ ipsi Romani & deum, in cuius tutela urbs Roma est,
 & ipsius urbis Latium nomen ignotum esse voluerunt. Alii
 Jovem crediderunt, alii Lunam. Sunt qui Angeronam, quæ
 digito ad eos admotum silentium denunciat: Alii autem, quorum
 mihi fides videtur firmior, Opem Consviam esse dixerunt.
 Ipsius verò urbis nomen etiam doctissimis ignoratum est: ca-
 ventibus Romanis, ne quod sæpè adversus urbes hostium
 fecisse noverant, idem ipsi quoque hostili evocatione pate-
 rent, si tutelæ suæ nomen divulgaretur. *Macrob. l. 3. c. 9.*
Satur. Arnobius verò contra Gentes, caput hominis in funda-
 mentis arcis inventum genii tutelaris fuisse ait, eumque Tolum
 dictum. Unde Capitolium post quasi caput Toli nomen ha-
 buit. Cæterum id non nisi Auguribus notum erat. Profituto
 demum per Christianam religionem ethnicismo, supersticio-
 sum quoque nomen evulgatum fuit.

SECURITATE HOSTEM, URBIBUS, F PROPUGNACULIS EXUERE. Sive jam securus fiat SIMULATIONE Pacis.

PHORMIO Atheniensis dux Chalcidenses expugnâvit, simu-
 lata pace noctu reversus, ut *Polyæn. lib. 3. Front. lib. 3. cap. 11.* testantur.

PHILIPPUS, cum Amphipolim ab eo repeterent Athenien-
 ses, eodem tempore bellum gerens cum Illyriis, non reddidit,
 sed liberam dimisit. Atheniensis hoc ipso contenti fuerunt,
 quod libertate esset confirmata. Philippus superatis Illyriis,
 majores vires adeptus, rursus Amphipolim, contemptis Athe-
 nensibus, occupavit. *Polyæn. lib. 4.*

Colloqui.

PHILIPPUS in hostium Thracum urbem legatos misit. Con-
 vocata concione, cum omnium animi essent intenti ad audien-
 dum, quid afferrent: Philippus nec opinantes adortus urbem
 cepit. *Polyæn. lib. 4.*

ALCIBIADES, dux Atheniensium, cum civitatem Agrigenti-
 norum egregie muniat obsideret: petito ab eis consilio, diu
 tanquam de rebus in commune pertinentibus disseruit in
 theatro, ubi ex more Græcorum locus consultationi præbe-
 batur: dumque consilii specie tenet multitudinem: Athenien-
 ses, quos ad id præparaverat, incustoditam urbem ceperunt.
Frontinus lib. 3. cap. 2.

Idem navigans in Siciliam, cum venisset Coreyram, exerci-
 tum in tres partes divisit, ut commectus facilis superaret
 si vicissim ad urbes advenirent. Postquam verò ad Catanam
 appropinquavit, non accipientibus cum Catanensibus, lega-
 tionem misit: petens, ut sibi soli accedere, & in commune
 consulere liceret. Quibus permittentibus, & in concionem
 concurrentibus: præcepit suis, ut quotquot essent mentorum
 porte minus firmæ, per eas effractas irumperent. Et simul
 accidit, ut Alcibiades concionari inciperet, & Atheniensis
 Catanam tenerent. *Polyæn. lib. 1.*

Societatis. Auxilii.

ISIDAS LAON post Leuetricam calamitatem, cum Thebani
 in Gythio portæ Lacedæmonis præsidium haberent: assumptis H
 centum aequalibus, oleo jussit eos ungi, & olivæ fertis redimi-
 ri, atque ensem sub ala gestantes sequi. Ipse nudus egredieba-
 tur magno cursu: Aequales verò nudi una currebant. Theba-
 nis autem habitu deceptis, & nudos, ludentesque recipientibus
 Lacones strictis gladiis, alios ex ipsis occiderunt, alios ecece-
 runt, & sic Gythium obtinuerunt. *Polyæn. lib. 2.*

CRAATESPOLIS Acrocorinthum Ptolemæo tradere volens,
 quæ stipendiariorum præsidii tenebatur, cum persepè ei sua-
 derent, eum locum esse custodiendum, collaudatis ista tanquam
 sortibus fidelibus viris, à Sicyone quoque fe inquit socios
 evocaturum, qui cum ipsis tutus eum tenerent. Misit palam
 ad Sicyonios, clam ad Ptolemæum: eisque milites per no-
 ctem venientes, quasi à Sicyone socios recepit, atque Acro-
 corinthum Ptolemæus, invitis custodiis, occupavit. *Polyæn. lib. 8.*

BARTHOL. LIVIANUS, qui Senatus Venetus præfecturam equi-
 tum adversus Florentinos traderat, castris, qui in Foro-
 livianis erant, magno silentio profectus cum equitibus levis
 arma-

armaturæ ducentis quinquaginta, milibus ostingentis, per
 A Cefenæ agrum, & Solliani fines noctu itinere confecto, ante
 lucem ad sanum Camaldulense, quod est in valle angusta ma-
 gnis montibus circumdata, dum Sacerdotes nocturnas preces
 facerent, pervenit: vocatque, qui portas aperirent, esse se reip.
 Florentinæ milites, qui ad imperatorem mitterentur, dixit
 Patefactis portis, fano capto, & quoniam arcis vicem turri
 præalta parietibusque solidis præbebat, præsidio in eo collo-
 cato, ac relectis cibo potuque militibus Bibienam oppidum
 eadem vius celeritate contendit: præmissisque pacis equiti-
 bus, Leonis nomen antiqua eorum appellatione clamantibus
 (ea est enim significatio Florentinæ civitatis, quæ voce acci-
 pitur, & redditur) magistratum itemque arcis præfectum ad
 speciem imperatoris jussu ad se vocatos retinuit, oppidumque
 cepit. *Bembus lib. 4. Hist. Ven.*

Transfugii.

Cum Darius Babylonem obsideret, quod ea civitas ab ipso
 deserviret, atque eius potentia ratio difficillima esset: Zopy-
 rus Megabyrus F. sibiipsum nasum, aure, atque labra defecuit.
 B atque noctu ad Marium fe contulit, ac consilium aperuit, quo
 impulsus id egerit: statimque inde ad Babylonios proficisci-
 tur: eis sermone ad id composito narrat, ita fe à Dario affe-
 cto, quod eum de solvenda obsidione admonuisset. Babyloni-
 que, quia Zopyrum ingentis virtutis virum notant esse, quarun-
 dam copiarum curam ei demandant. His copiis Zopyrus
 sæpè cum Persis manu conferta, victor è prelio excedebat.
 Tandem cum omnium copiarum lib. 7. cap. 4. *Polyæn. lib. 3. Justi-
 nus lib. 1. Front. lib. 3. cap. 3.* Alianus Rificis equitibus, qui
 Sacas à Persis liberavit, imitatione hoc designasse Zopyrum
 scribit.

ANTIGONUS Casandriam oppugnabat, ut Casandrensi
 tyrannum Apollodorum everteret. Cum ad decimum mensem
 oppugnatione produceretur, ipse quidem discessit. Amyniam
 verò archipatriam subornavit, qui societatem cum Apollodo-
 ro iniret: & missa legatione, sibi curæ fore promitteret, ut
 Antigonus placaretur. Tyrannus Amynia societate fidens, &
 absentiam Antigoni contemnens, non exacta cura moenia
 custodiebat. Amynias scalis aquantibus muri altitudinem
 adificatis, prima lucæ raros in muris dispositos milites con-
 spiciat, muris portus est. Antigonus properè reversus,
 occupata Casandria, tyrannidem Apollodori sustulit. *Polyænus lib. 4.*

SEXTUS TARQUINIUS, Superbi filius, indignè ferens, quod
 patria viribus expugnari Gabii nequirent: valentiorum armis
 excogitavit rationem, quam interceptum id oppidum Romano
 imperio adiecerit. Subito namque fe ad Gabios contulit,
 tanquam parentis levitiam, & verbera, quæ voluntate sua
 perpessus erat, fugiens: ac paulatim uniuersumque fictis, &
 compositis blandiciis alliciendo benevolentiam, ut apud omnes
 plurimum posset conservare, familiarem suam ad patrem
 misit, indicaturum, quemadmodum cuncta in sua manu ha-
 beret, & questurum, quidnam dari veller. Juvenili calliditate
 lenis astutia respondit. Siquidem re eximia delectatus
 Tarquinius, fidei autem nuncii parum credens, nihil respon-
 dit: sed ducto eo in hortum, maxima, & altissima papave-
 rum capita baculo decussit. Cognito adolescens silentio patris
 simul, ac factis, causam altius argumenti pervidit: nec igno-
 ravit præcipi sibi, ut excellentissimum quemque Gabinorum,
 D ut exilio submoveret, at morte confumeret. Ergo spolia-
 tum bonis propugnatoribus civitatem tantum non vindictis
 manibus ei tradidit. *Valer. Maximus lib. 7. cap. 4. Fronti-
 nus l. 3. c. 3.*

MARCIANUS Cononis Græci ducis miles, cum à Belisario
 ad Torsiam Gothorum regem simulata defensione transif-
 set, ac eo benigne acceptus, Spoleum cum aliis nonnullis est
 missus. Gothi, Spoleum ab Herodiano sibi proditum cum
 cepissent, muros diruerunt, atque amphitheatrum, quod erat
 in urbe, ita muerunt, ut omnes aditus obsepierent, præsi-
 diumque ex Gothis, Romanique perfugis impulerant. Marcianus
 autem, contracta cum nonnullis præfidiaris militibus
 amicitia, persuasit, ut illustre aliquo facinus adversus barba-
 ros molirentur, atque, opera bene navata, ad Romanos
 reverterentur. Ita re composita, Perusiam ad ejus præsidii du-
 cem Oldigam Hunnum mittunt, eoque de consilii sui ratione
 commonefacto, ut Spoleum milites mitteret, rogant. Pro-
 fectos ubi Spoleo appropinquare Marcianus cognovit: cum
 militibus quindecim quos sibi adjunxerat, ducentis præfidii oc-

cidit, atque apertis portis, Romanos intra oppidum recepit.
Sigism. l. 19. Imp. occid.

SIGISMUNDUS Imperator Hufitis arcem Pragensem eri-
 puerat, & in montibus Cuduis castra habens, parabat duere
 in cæteros fidei desertores. Venerat eodem regem vir militaris
 Zeucho probatæ apud regem fortitudinis: qui, quod Hufitas
 fecurus esset, à rege veniam postulat: recipiunt in gratiam,
 cum literis, & mandatis mittitur à rege ad euctodiendam
 arcem Pragensem, in qua multa erant congeffa Ecclesiarum,
 & monasteriorum præciosa ornamenta, sacra vestes,
 ac vasa. Ille itinere medio magna manu perfidorum collecta,
 exhibitis literis regis intronititur, eicit custodes, sanctorum
 reliquias igne concremat, aurea, & argentea vasa, vestes
 sericas, & quicquid erat preciosum, inter suos dividit:
 arcemque tuetur adversus regem, pro quo credebatur ad-
 venisse. Sed fraus fraude compensatur. Abierat aliquando
 Zeucho, relicta arcis custodibus, quibus seditabat. Joan.
 Polentz de Lusatia, arma, vestes, equos, signa ejus militaria
 imitatus, pro rege recepit arcem. *Cranz. lib. 10. Vandalia, cap. 31.*

Ab Eugenio IV. Pontifice, Basiliensis consilii, nonnullorumque
 aliorum Principum impulsu, cives Rom. desciverant, atque is fe
 clam Florentiam contulerat, à Romanis Eug. ni nepote magno
 Camerario capto, obfessaque sancti Angeli arce, quæ in Adriani mole constructa est. Per id tempus Hispanus
 quidam, gregarius miles, nomine Riccius, bellifama per-
 motus, Romam cum aliquot comitibus esse profectus. Ubi
 cum conditionem è sententia sua non invenisset, magno, atque
 novo astu uti cogitavit. Persuasit quibusdam è Romano-
 rum primoribus, sita tanquam transfuga in arcem recipere fe
 posset, brevi, quia in ea multorum amicitia tueretur, fe cura-
 rum, ut in potestatem Romani arcem redigerent: atque
 sub hoc prætextu in arcem cum quatuor comitibus profugit.
 Illic quo consilio venisset, præfecto arcis Antonio Riccio statim
 patefecit. Atque ad constitutum tempus, clamore sublato
 tanquam, qui in præsidio erant inter fe pugnarent, haud multo
 post, seu victor Hispanus diploidem, ac caligas præfecti
 arcis stappa replevit, ita ut veri præfecti simulachrum appareret:
 idem de quibusdam aliis effecit: atque ut ex composito
 erat, ad murorum pinas eos, veluti arcis inferium adeptus,
 suspensit. Romani impetu facto ad arcem, cum enecato
 arcis præfecto fraudem abesse putarent, aditum in arcem quaerebant:
 quos Riccius se non permittitur ingredi dixit, priusquam
 promissa sibi præstarentur: aliquot quidem ex primoribus
 interim accepturum in arcem. Qui cum ingressi essent
 eos in carcere condi jussit, aliam multitudinem ab arce tormentis
 repulit: his, quos in arce ceperat, pro Camerarii liberatione
 restituit. Astuti consilii sui Riccius præmia ingentia ab
 Eugenio Pontifice retulit. *Fulg. lib. 7. cap. 3. At Platina in Eug. sic scribit: Romani contra Eugenum IV. Papa graviter commoti, quod incurfiones Nicolai Fortebrachii in agrum Rom. factas non curaret, ad arma, & libertatem conelamarunt, & septem Gubernatores instituerunt. Pontificem fugientem navi, lapidibus, & sagittis tandiu distinere cupiebant, quoad arce S. Angeli potirentur. Præfectus arcis dolo agendum cum Romanis ratus, adjuvante Baldefare Aufida, viro sagacissimo, qui inferiorem arcis partem tuebatur, ut ex militibus suis in certamen prodentibus negotium dati, ut captus de industria ab hoste, Castellani levitiam, & avaritiam criminetur, polliceturque eis, si velint pactam mercedem præstare, & mortem præfecti, & arcis prodicionem. Fecit ille mandata diligenter. Captus, nullo non genere maleficii in Antonium Ridium H coniecto (ita enim arcis præfectus vocabatur) fidem dat, fe cum sociis omnia transfacit. Dimissus itaque arcem ingreditur, vestes Antonii, ac caligas, addita etiam captis forma, suspendit, à longè idem videbatur. Clamabat Baldefar de fecerato sumpsum esse supplicium, ingredierentur aliquot ex optimatibus, & enumerata pecunia jam pacta arcem recipere. Credidere miseri nullam subesse fraudem: ingressi aliquot, statim capiuntur. Fit clamor exultantium in arce, concitatur in populum Romanum missilia, bombardæque. Derisi hoc modo Romani, de redimendis captivis cogitantes, Camerarium Eugenio nepotem, quem in vinculis habebant, dimittunt, suos, qui in arce erant, recepturi, & demum in Eugenio potestatem veniunt, quinto post libertatem adeptam mense Platina.*

Mortuo Alberto Estensi, Accius Estensis exul, adjuvantibus
 Cunii comitibus, redire in patriam instituit. Sed tutores
 Nicolai pueri, Alberti filii, sumpsis armis Accium Ferraria
 summoventes, & Lucam, & Conclivæ oppida Joanni Cunio
 promi-